ciarię poteſtatis. Sedebitis ait et vos ſuper ſedes duodecim iudican-
tes duodeciꝫ tribus Iſrahel. Ac ſi dicat. Pro cōfuſione veſtra dupli-
ci et rubore, pars veſtra laudabitur. Propterea enim in terra veſtra du-
plicia poſſidebitis, et leticia ſempiterna erit vobis. In exilio vobis af-
flictio duplex humilitatis vtiqꝫ et laboris. ſed cōſolamini et nolite de-
ficere, qm̄ in terra vr̄a. terra vtiqꝫ viuētiuꝫ duplex vos nihilominꝰ re-
muneratio manet ſublimitatis ⁊ delectatiōis. In ſedibꝰ em̄ quies im-
perturbata, in iudicio dignitatis eminētia commendatur

De iudicio — Capittulum xl.

QUis vero ſecularis honor excogitari poteſt. qui nō prorſus in
tantę ſublimitatis cōparatione vileſcat. Nō vnꝰ ſiquideꝫ ci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 F 18

nitatis aut populi ſeu regionis vnius ſed vniuerſitatis iudices habēt
preſidere cū Chriſto, nec ſolum homines ſed et āgelos iudicabunt. qui
parentē ad modicum vaporē preſentis glorię ded ignātes et exufflā-
tes, improperium Chriſti vniuerſis preferunt titulis dignitatū. Nc-
lite timere puſillus grex, quoniaꝫ complacuit patri veſtro dare vobis
regnum. Definitū eſt conſilium quod nō euacuabitur. propoſitū im-
mobile perſeuerat. deniqꝫ iurauit dominus et nō penitebit euꝫ. Amē
dico vobis ꝙ vos qui ſequuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit fi-
lius hominis in ſede maieſtatis ſuę ſedebitis et vos iudicātes. Quid
glorioſius: Judicent nunc ⁊ preiudicēt filij ſupbię, cum rege ſuo ſede-
ant qui ſibi latera aquilonis elegit. Exaltenť et eleuenť ſicut cedri liba-
ni, trāſibimus ⁊ ecce nō erunt. Opprimāt nūc quos poſſunt blaſphe-
ment cōgerant maledicta. Ueniāt ſuper nos opprobria exprobrātiuꝫ
Chriſto, qm̄ merces noſtra copioſa ē in celis. Gloriā que ab inuicem ē
habeāt vanam vtiqꝫ et mendacē, qm̄ vani filij hominum mēdaces fi-
lij hominum. Gloriā que a ſolo deo eſt nolunt veram vtiqꝫ et manē-
tem, quoniā ipſe veritas eſt et ipſe eſt qui eſt

¶ De groſſis ficuum ¶ Ca. xli.

INfoelix prorſus ambitio que ambire magna nō nouit, q̄rens
de modico creſcere ⁊ maximo minui. Amat em̄ cathedras pri-
mas, que velut groſſi ficuuꝫ velociter ſunt caſurę. Sunt enim groſſi
prime quedā ficus prorſus inutiles. ſolā habentes ficuū ſpeciem non
ſaporē nec tā fruct⁹ q̄ꝫ futuroꝝ quedā preſagia fructuū, quos et decidē
neceſſe ē, vt eis alię humano vſui et eſui apte ſuccedāt: Unde ſpōſa in
cāticis cāticoꝝ. Hyems tranſijt imber abijt et receſſit. Et poſt pauca
Ficus inquam protulit groſſos ſuos ꝙ videlicet perſecutione ceſſante
inclyta facta ſit eccleſia, poſita in ſuperbiā ſeculorum. Quā ſane ſubli-
mitatē et excellentiam dignitatum cōgrue ſatis groſſos vocat, vt futu
ra in his moueat q̄ꝫ pręſentia cogitare. Quę eniꝫ vidētur, temporalia
ſunt, q̄ non vidētur eterna. Caueāt ergo qui primas cathedras amant
ne contingat carere ſecundis, ⁊ qui primos nunc recubitus eligūt: in-
cipiant cum rubore nouiſſimū locum tenere. Sedebitis inquit ſuper

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 F 18

ſedes duodecim, iudicātes duodecim trib⁹ Iſrahel. Hę iam ſic⁹ erunt non vtiq̄ʒ groſſi. Has nimiꝝ ſedes preuiderat, qui de ſuperna ciuitate dicebat. Illic ſederūt ſedes in iudicio ſup domū Dauid. Illic plane nō hic. Quomodo enim ſedent quas hic videmus ſedes, quę totiens nutant totiens titubant totiens etiā ſubuertuntur. Nimiꝝ groſſi ficuū ſunt quos tenuis aura deijcit et diſpergit. Ceterum quid ſibi vult. ꝙ duodecim tribus Iſrahel iudicaturos fore promittit, in quibus etiaʒ mundus ipſe cognoſcitur iudicandus. An quia notus adhuc tanum in Iudea deus, vniuerſitatē fidelium appellatiōe duodeciʒ tribuū voluit deſignari, ⁊ quaſi ſolas meminit iudicādas propter illud qui non credit iam iudicatus ē. Hec enim ē perfectorum gloria ſingularis iter ipſos etiaʒ eminere fideles: et cęteris quoq̄ʒ ſaluādis preminere auctoritate iudiciarię poteſtatis. et iuxta illud de ipſo pſalmo ſedeant ſupra domum Dauid. Quid iſtud miſerię eſt. ꝙ ad verbum tātę promiſſionis negligentia humana dormitet.

❡ Querimonia ſaluatoris ❡ Ca. xlij.

Populeme⁹ ait dn̄s q̄d debui tibi facere et nō feci: Quid cauſę eſt ꝙ inimico meo ⁊ vr̄o libet ſeruire et nunq̄ʒ mihi: Neq̄ʒ eniʒ creauit vos ille, ſed nec paſcit quideʒ aut tp̄a veſtra ipſe diſpoſuit. Si pua hec videnᷓ ingratis nō ille ſed ego redemi vos. Sed q̄ p̄cio: Nō vtiq̄ʒ corruptibilib⁹ auro et argēto, nō ſole vel luna, nō ſaltem aliq̄ angeloꝝ, ſed ꝓprio cruore vos redemi. Ceteꝝ ſi neq̄ʒ tam multiplici iure debitū a vobis elicere ē famulatū, omiſſis his om̄ibus mecū ſaltē ex diurno denario cōuenientes. Nihil ille inimic⁹ vobis nocuerit, nihil ip̄e videar ꝓfuiſſe, ei obtēperate qui plurima vobis et potiora pollicetur apud quem certior copioſiorq̄ʒ remuneratio eſt. Ut illud quoq̄ʒ benigniſſima miſeratiōe diſſimulē ꝙ bonoꝝ vr̄oꝝ non egēs vobis tātummō velim eē cōſultum, ne p̄n̄tia ſuſcipē detrectetis q̄ nunc offero dona gr̄ę. futuris glorię muneribus eadē coronāda ꝓmittēs. Quid ad hęc cōſcientia hūana r̄n̄det: Cū improperari ceperit hec in die iudicij quō miſeri ſuſtinebunt: Quid excuſationis habere de peccato potuerint

❡ De excuſatione ſecularium. ❡ Ca. xliij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 F 18

NUnq̄d tunc dicē incipiēt, mō ecce mō, ſine paululū: Sic enī
nunc diſſimulāt infelices, et mō ⁊ mō non habꝫ modū, et ſine
paululū in longum vadit. Bonus eſt inq̄t deus, q̇ in proximo iuuat.
Magna quidē diuina ꝑmiſſio, ſed lōga nimiū dilatio ⁊ moleſta expe
ctatio ē. Terrenā deſerē ſortē, ⁊ necdū obtinere celeſtē: afflictio ē intoͤ
lerabilis ⁊ incōſolabilis doloꝛ. Quid accelerarē neccē eſt vt miſeria ꝓlon
getur: Miſera proꝛſus et ſeductoꝛia cogitatio. Noua ſiquidez hec q̄
rela eſt, nec ꝓlixiorē vitam filij hominum hactenus cauſabātur. Bre
ues dies hoīs ſunt donec cōſcientia ſtimulāte de penitentia et conuer
ſione vel intus a ſpiritu vel foris cōmoueatur ab hoīe. Extunc ſane no
uum ꝯcipitur tedium lōgioris vitę, differendę mortis oritur fiducia
noua. Sed eſto, multa tibi annoꝝ curricula reſtāt adoleſcens es vſqꝫ
ad ſenectutem victurus et ſenium, quid neceſſe habes amittere tanta
tempoꝛa, perdere tāta lucra: Nihil precioſius tp̄e, ſed heu nihil hodie
vilius ęſtimatur. Tranſeunt dies ſalutis et nemo recogitat, nemo ſibi
non reditura momenta periſſe cauſat. An putas o homo biennij tā
tum aut triennij opus ab omnipotente poſſe recōpenſari: Sic abbre
uiata ē man⁹ dn̄i, vt cētum annoꝝ nō poſſit remunerare laboꝛē: Sꝫ
cōputa q̇d dieb⁹ ſingulis acq̇rere valeas. cert⁹ eq̇dem apd̓ deuz nullū
oīno bonū nō remunerādu ꝫ fore, ⁊ ſicut nō capillū de coꝛpe ſic nec mo
mētuꝫ de tp̄e peritur. Quid illd̓ ſapiētis cōſiliuz ingerā, ne tardes cō
uerti ad dn̄m neſcis q̇d ſupuētura pariat dies Quid inſaniā cauſer de
futuro tā temerarie p̄ſumentis. Quaſi ꝓ ſo tp̄a et momēta in tua p̄t et
nō magis in ſua poſuerit volūtate. Poſtremo q̇d de incerto fine quid
de certa breuetate laboꝛis, retributiōis eternitate loquar: Nouit dn̄s
figmētum noſtꝝ, conſulit puſillanimitati noſtre, humanę obuiat coͤ
gitationi. Anxietatē abigit, preuenit trepidationem

¶ De duplici promiſſione ¶ Ca. xliiij

SEquitur eniꝫ. Et oīs qui reliq̇rit patrē aut matrē aut domuꝫ
aut agrum propter nomē meum. centuplum accipiet ⁊ vitaꝫ
etrrnaꝫ poſſidebit. Quid vltra dicetis filij homīm quando et in hoc
medio tāta vobis promiſſa ſunt vt doꝛmiatis inter medios cleros, de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 F 18

quibus paulo ante cauſabamini et exeuntes de ſorte terrena ãplioꝛ ſta-
tim excipiat cõſolatio qua nõ modo patienter ſed etiã gratulãter expe-
ctetis ſortẽ ſanctoꝝ in regeneratione promiſſaꝫ. Siquidẽ et ipſa expe
ctatio iuſtoꝝ leticia eſt. Centuplũ inquit accipiet, et vitã eternã poſſi-
debit. Habetis filij Adam promiſſionẽ vitę eius quę nunc eſt pari-
ter et future vt obſtruatur omne os loquẽtium iniqua. et cõfundãtur
omnes iniqua agentes ſuperuacue. An nõ ſuperuacue penitus agit i-
iqua: q̃ nõ modo fructuoſius ſed et iucundius nõ modo ſalubrius ſed
et ſuauius deo ſeruire poterat q̄ꝫ mundo? Et attende ꝙ Petro quideꝫ
dñs tantum de futuro reſpondit. Neqꝫ eniꝫ ſuper his que experiebat̃
preſentialiter heſitare poterat aut opus habebat interrogare. Deniqꝫ
non quid nobis ẽ dixit ſed quid erit. An vero q̇s dubitat inſtantis eẽ
temporis centupli ꝓmiſſionẽ. Manifeſte id quidem ipſa verborum
conſequẽtia probat, vbi centuplum accepturi et poſſeſſuri vitã eternã
Ceteꝝ ne q̇s omnino impudenti remaneat obſtinationi locus, mitto
vos ad euãgelium ſecũdum Marcũ, vbi deſcribitur promiſſio eadem
deſcripta inuenitur manifeſtiꝰ. Ait enim dñs. Nemo ẽ qui reliquer-
rit patrem aut matrẽ aut filios aut agꝝ aut domum ꝓpter me et ꝓp-
ter euãgelium, q̃ non accipiet cẽties tantum nunc in hoc tpe. Atqꝫ vt
uehemẽtius ãmiretur carnalis aĩa non ꝑcipiens que ſunt ſpũs dei ſed
ſtulticiam reputans: addit ſignãter cum ꝑſecutionibus. Forte em̃ cuꝫ
audiſſet in tempore hoc ꝓmitti centuplũ cõiectabatur etiã de tempo-
ralibus exhiberi, ſed preripuit hunc intellectũ nomẽ additũ perſecuti-
onis. Quid em̃ terrenę ẽ conſolationis, qď non facile terrena ꝑſecutio
tollat? Quid terrenũ inter ꝑſecutiões ſcti martyres acceperunt. qñ ⁊
ipſa quoqꝫ btõꝝ terra corpoꝝ data eſt in manus hoĩm impioꝝ

De incredulitate. Ca. xliiij.

Interim tñ vndecuiqꝫ cẽtuplum ſunt accepturi, dummodo
ſit centuplũ dum valeat cẽtupliciter, cẽtupliciter placeat con-
ſolet̃ delectet ametur, q̇d inſanię eſt ꝙ cunctantur homines relinquere
ſimpla ꝓ cẽtuplis? Ubi ẽ cupidus vbi ãbitioſus, vbi conquiſitoꝛ huiꝰ
ſeculi? Quid ad fidele negociũ ⁊ nũdinas queſtuoſiſſimas auaricia i-

tepuit et obdormiuit humana. Cui iudeo id negares o homo q̇ inua-
num accepiſti nomen domini Jeſu Chriſti, cui ſacrilego q̇cq̇d habes
pro cētuplo dare cūctareris. Uſura nobis dat cētuz ad vnū, de⁹ acci-
pit vnū ad centū. Sed execrabilis tibi ē manus dn̄i vt nullā ab eo cō
mutationē recipere, nō ei in rationē dati vl' accepti cōicare penit⁹ acq̇-
eſcas, an forte nō ex odio ſed ex incredulitate detrectas. Nā id mihi fa
teor credibili⁹ eſt. Nemo enī perire magis optaret, minime cuiuſpiaz
cōſolationis obtētu, q̄z in maxima exultatione ſaluari. Sed nō omni-
um ē fides, ne eoꝝ q̇dē noīe ten⁹ ſunt fideles. Poterā ſane mltoꝝ vo-
bis exēpla proponere multos ꝓducere teſtes. quiq̇ id ſicut crediderūt
ſic ſentiunt. ſicut audierūt ſic experiunt, abundāt huiuſmodi teſtimo-
nijs huiuſmodi carbonibus deſolatorijs omnis natio regio oīs omnis
lingua vbicunqz ſanctoꝝ congregatio ē. Sed qn̄ humanis credet ex-
perimētis, q̇ veritati nō credit promittenti: Illō ego vehemētius ar-
bitror ammirādum ꝙ fideles magis in maximo q̄z in modico videa-
mini. Nū enim difficile ē ei dare cētupluz in p̄nti: qui datur⁹ eſt vitā
eternā in futuro: Qui datur⁹ eſt quod nec oculus vidit nec auris audi
uit nec in cor hoīs aſcēdit, non mō centuplum dare poteſt:

De labore ficto — Ca. xlvi.

SEd quomō inquit poſſunt hec fieri: Qua rōne accipit cētu-
plum qui nil ſibi relinquit ex oībus: Nempe hoc eſt ꝙ paulo
an̄ cōmemoraui, tollite iuguz meum ſuper vos et inuenietis requiem
Mira nouitas ſed eius q̇ noua facit omnia: Jugū tollēs inuenit req̇-
em, reliquēs omnia centuplū habet. Nouerat hoc et ille nimirum ho
mo ſecundum cor dei: q̇ loquebatur in pſalmo. Nunq̇d adheret tibi
ſedes iniq̇tatis, qui fingis laborez in precepto. Relinque oīa et habe-
bis centuplum, tollite iugum meum et inuenietis requiem. An non
fictus labor in p̄cepto. Relinque oīa et habebis cētuplum, tollite iu-
gum meū et inuenietis requiem. An non fictus labor, onus leue, ſua-
ue iugum. crux inūcta: Huius enim rei ſacramentum ē ꝙ in eccleſiaꝝ
dedicatione depictas in pariete cruces oleo ſancto pontifex linit. Sz
et olim cum Abrahe dictū eſt, tolle filium tuuz quem diligis Iſaac et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 F 18

offeres eū mihi in holocauſtū. labor fictus ē in pręcepto. Oblatus ſiq̄ʒ
quidem Jſaac ſanctificatꝰ eſt non mactatus: Et tu ergo ſi vocē dn̄i au
dieris intꝰ in aīo et dicatꝰ tibi vt offeres Jſaac tuū, tuū q̄dcunqʒ ē gau
diū imoles deo, interp̄taꝰ eīn Jſaac gaudiū vel riſus fideliter et cōſtan
ter obedi, ne timeas. Nimirꝫ et ſi rem grādem dicit tibi ꝓpheta, facere
debes. Et obtēperandum ei per oīa etiā ſi oportuerit ip̄m Jſaac iugu
lari. Nunc autē q̄cquid affectio ꝓpria iudicet ſecurꝰ eſto, nō Jſaac ſed
aries morietur, nō peribit leticia ſed cōtumacia, cuiꝰ vtiqʒ cornua ve
pribus herēt, et ſine punctionibꝰ anxietatis eſſe nō poteſt. Tentat eīn
te dn̄s deus tuꝰ nec mactabitꝰ Jſaac vt opinaris, viuēs viuet, ſed eleua
tus vtiqʒ ſup̄ ligna vt in ſublime gaudeas nec in carne ꝓpria ſed in cru
ce domini glorieris, per quem crucifixus et ipſe es ſed crucifixus mun
do nam ei viuis viuus

De nigredine et decore ſponſe Ca. xlvij.

Hec nimirꝫ ꝯuerſatio ꝑfectorꝫ hec ſctōrꝫ vita hęc gratia ſpiritu
alis. Deniqʒ tanq̄ʒ triſtes inq̄unt ſemper autē gaudētes tāq̄ʒ
nihil habētes, et oīa poſſidentes, tāq̄ʒ morientes ⁊ ecce viuimꝰ. Qui vi
debāt me foris fugerūt a me dicit et filia regis ea vtiqʒ cuiꝰ gloria om
nis ab intus. Unde et clamitat in cāticis cāticorꝫ adoleſcētulas reuo
cās quas ex exteriori ſua incōpoſitione deterritas videt. Nigra ſuʒ ſed
formoſa filię hieruſalez, ſicut tabernacula cedar ſicut pellis Salomo
nis. Nolite me cōſiderare ꝙ fuſca ſim, quia decolorauit me ſol. Ac ſi
manifeſte ſpiritualis quiſpiā dicat, teneras et infirmas mentes exhor
tās. Quid laborioſa queqʒ et humilia cōuerſatiōis meę tā ſedule nu
meratis: Saga cilicina ſunt et pelles arietum rubricatę quibus inte
rior ille ſplendor et interna tegitur gloria vt illeſa a pulueris et imbris
iniuria reſeruetur. Nolite me cōſiderare ꝙ fuſca ſim, nolite pauere no
lite mirari. Neqʒ enim triſticię aut neceſſitatis ē exterior iſte neglectꝰ
et nigredo forinſeca, ſed occulti ſplendoris et exultatiōis internę. De
colorauit inquit me ſol, lux interior exterioris impatiēs. Nimirꝫ ignis
eſt, et inania folia nō admittit. Alioquin aut exuri folia, aut certe ſi p̄
ualuerint ignē extingui neceſſe eſt. Quod quidez omnino cauendum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 F 18

apoſtolus docet, ſpiritum inquiens nolite extinguere. Magis autem id prohibet Chriſtus, volens vehementer accendi. Ideo ſponſa quidē nigra eſt, ſed formoſa. Apoſtoli tanq̃ triſtes ſemꝑ autem gaudentes. Ipſi Chriſto ſi iudaicis conſideretur oculis nō erat ſpecies neq; decor.

¶ De ſepulchris dealbatis ¶ Ca. xlviij.

Contra ſane alios dealbatis veritas comparat monumētis foris quippe ſplendidos et nitētes: intꝰ ſordidos et fetētes Ambulāt enim in ſtolis et primas vt dictū eſt cathedras amāt glorioſi honorati et magni in oculis hominum, intus autem vbi deus videt pleni auaricia, inuidia, ambitione, ſuperbia et luxuria fortaſſe nonnulli. Quādo enim talibus detur precioſum illud continentię munus, niſi forte ad iudicium et condemnationem, nequādo paueant et reſipiſcāt et reuertātur a ſtudijs ſuis, ſed obdormiſcāt in peccatis et deterius pereant ipſa reuerentia et ſecuritate

¶ Quō egeſtas foras interior exiciat ¶ Ca. xlix

Sane vt exercitij ſpiritualis et curę cordis indiciū euidens cōtemptus exteriorum ſic eorūdem ſollicitudo certuz nihilominus ſignū mētis incultę. Scriptum q̇ppe eſt. In deſiderijs eſt om̄is ocioſus. Et item. De ſtercoribus boum lapidabitur piger. Ue miſero ve dum ſtercoratur putat ornari. Bos erat Paulus triturans in area domini, et ſuum vtiq; noſcens poſſeſſorem, vnde et dicebat. Propter Chriſtum omnia detrimētum feci ⁊ arbitror vt ſtercora vt Chriſtum lucrifaciā. Hęc amplexatur ſtercora, etiam ſi quōdam nutritus fuit ī croceis. His lapidatur ſtercoribus piger, q̇ Chriſtū lucrifacere negligens corde vacuo et deſerto foras cogitur euagari. Siq̇dem famis neceſſitate Jacob patriarcha deſcēdere in ęgyptum, et prodigus ille filius ſeruire porcis eſurire ſiliquas egeſtate coactus eſt.

¶ De verme qui non moritur ¶ Ca. l

Sed quid dicit ſcriptura: Habenti dabitur et abundabit, non habenti autem et hoc ipſum quod videtur habere auferetur ab eo. Areſcet fęnum et decidet flos. Ipſe quoq; feneſtrę claudentur,

vt nihil valeant vltra terrenę cõſolationis haurire. Deniqꝫ arguam te dicit dominus et ſtatuam contra faciem tuam. Quid illud confuſionis erit, quid miſerię quid doloris quãdo diſſipatis folijs et diſperſis vniuerſa, nudabitur turpitudo reuelabitur ignominia ſanies apparebit, quãdo iam immortalis factus internus ille cõſcientię vermis tota malignitate corrodet ſed nõ conſumet aĩam infęlicez nec erit omnino diſſimulationis locus aut ſpes vlla cõſolationis: Quid enim cauſę ẽ ꝙ nemodo quidẽ conſcientię ſtimulos ſuſtinere aliquatenus pñt. ſed auertunt oculos cordis et ad cõſolationes miſeras conuertunꝭ aut certe ſimulatiõibus aliq̃bus decipiũt ſemetipſos et mentiꝭ iniq̃tas ſibi niſi ꝙ ĩtolerabilis ẽ ille cruciatꝰ licet adhuc blãdiatur ſpes et extenuet omnino dolorẽ duz ſibi ipſis ꝑ libitu tp̃a metiunꝭ, ⁊ omne quod agũt facile diluendum deſerendumqꝫ quod appetũt temeraria p̃ſumptiõe ꝑmittunt. Sed et ipſa cõſuetudine et incuria ſtupidi et inſenſati corde fere nil ſentiunt, q̃ quidez omnia lõgius aberunt, vbi fiet quod ſcp̃tum eſt. Arguam te et ſtatuam contra faciem tuam

¶ Quod aliter oblectent ſpiritualia quaz carnalia. ¶ Capitulum li.

Quanto enim vicinior et naturali neceſſitudine charior anima carne ſua, tãto acrius doleat neceſſe eſt ⁊ moleſtius ferat prop̃am q̃ꝫ corporis leſionem: vbi a ſtupore iſto et inſenſibilitate fuerit excitata. Sic econtra bona propria et delicias ſpirituales internãqꝫ animi voluptatẽ vbi cõtigerit experiri, eo vtiqꝫ delectabiliꝰ amplectatur, iucundiuſqꝫ fruatur oportet, quo propius et expreſſius eam tangunt, nec exterius mẽdicanꝭ. Nemo quippe eo modo iumẽti ſui quomodo corporis ſui refectione poterit delectari. Placet quidem illa, ſed longe aliter iſta ſapit aliterqꝫ ſentitur. Qđ ſi iumẽtuz aĩę corpus eẽ fateris: eadem vtiqꝫ ratio tibi obſeruãda eſt et in ipſis. Noli errare noli ſeduci vt in corporalibꝰ credas ſpm̃ plus poſſe q̃ꝫ in ſpiritualibꝰ oblectari Uꝭ humanã conſule rõnem ſi fides in te penitus obdormiuit

De tribꝰ in cruce et tribꝰ in carcẽ. Ca. lij

Tres in carcere quondam fuiſſe legimus, tres in cruce Joſeph

ſiquidē cum pincerna et piſtore regis carcerali cuſtodię mancipatus,
Chriſtus verus Joſeph cū duobus vtiqꝫ ſceleratis reputatus ē. Et il-
li quidem in carcere videre ſomnia et audire interpretationē, iſti in cru-
ce verba locuti ſunt et vnus accepit ꝓmiſſionem. Priorum ſiquidem
alter ꝓpinabat regi ⁊ audiuit reſtitueris in ſtatū priſtinuꝫ, alter paſce-
bat aues et reſpōſum mortis accepit. Ipſi quippe ſunt porci quos pa-
uit ille prodigus adoleſcens, ſpurci quidē et elati, merito porcorum et
auium nomine deſignātur. Porro eoꝝ qui crucifixi ſunt cū ſaluatore
alteri vtiqꝫ cōfitenti dictū eſt. Hodie mecū eris ī paradiſo, alteri blaſ-
phemāti nō quidē a dn̄o. neqꝫ em̄ ille tūc iudicabat quenq̄ꝫ, ſed a ſocio
reſpōſum ē, nec tu times deū ꝙ in eadē damnatione es. Quid ergo pu-
tamus, q̇d duobꝰ illis quoꝝ alteri dictū eſt reſtitueris poſt tres dies al-
teri hodie mecū eris in paradiſo interim potuit eſſe moleſtum? Quid
ꝓ illuꝫ potuit delectare cui dictū eſt, trūcato capite poſt triduū ſuſpē-
deris auium eſca futurus? Sane in hoc oēs poſiti ſumꝰ et nemo ſine
carcere: ſine cruce interim nemo. Quippe vbi nec innocens inuenitur
immunis, quādo peccator requiē ſperet. Ceteꝝ ſi volens ſuſtinet, et di-
cit nos quidē iuſte, mercedē habebit, ſin antē inuitus et blaſphemās ⁊
negās deum in factis duplex ei cōtritio ē. Si q̇s teſtimonium habet
ſalutis, etiam caro req̇eſcet in ſpe, ⁊ prophetę farinula pulmentū cōdit
atqꝫ dulcorat, vt in olla iā non mors ſed vita ſit

¶ Quod ſine exceptione cētuplū ꝓmittit C. liij

DEniqꝫ nemo ſanę mētis ampliorē eſſe credat vicijs q̄ꝫ in ꝟtu-
tibus delectationem, preſertim cū ſit deus ꝟtutum totius vere
iocūditatis fons leticię et exultatiōis origo. Neqꝫ em̄ carni ſeu mūdo
aut maligno prīcipi, ſed Chriſto vtiqꝫ ſeruire regnare eſt. Audi hoīem
de propria vtiqꝫ experiētia ꝑhibētem fidele teſtimoniuꝫ veritatis. In
via teſtimonioꝝ tuoꝝ delectatꝰ ſum ſicut in omnibus diuitijs. Quid
erit in patria? ſi tanta eſt copia delectationis in via. Sic ⁊ Apoſtolus
nō in ſpe ſolum, ſed etiā in tribulatione docet gloriari. Ille quidem ſic
ait Amicꝰ huius ſeculi auctoris ſeculi inimicꝰ, Ille quidē ſic Ego forte
non ita delicatus ſum homo peccator ſum nec ſubſiſtere in tāto labore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 F 18

ſine gratia multa, nec ipſam valeo gratiaȝ promereri. Quaſi vero gratia nõ ſit gratia, ſed operum merces, quaſi nõ oẽs peccauerint aut non omnes egeant gratia dei. Eſtimas o homo quia perſonaꝝ acceptio ſit apud deum, et nõ omnes oĩa relinquẽtes tã copioſe cõſoletur? Noli eſſe incredulus, acquieſce vel veritati, de cuius teſtimonio nulli licet dubitare fideli.. Et omnis inquit qui reliquerit patrẽ aut matreȝ aut domum aut agrum ꝓpter nomẽ meum cẽtupluȝ accipiet. Nemineȝ excipit Chriſtus, miſeri qui dicũt preter me, qui excludunt ſemetipſos et excipiũt a beneficio generali. Hi nimiꝝ indignos ſe iudicant multo magis eternę vitę q̃ ne ipſum quidẽ centuplũ ſperãt. Sed quia deus verax eſt qui promittit, homo itaqȝ mendax qui diffidit

De his qui videntur omnia reliquiſſe nec centuplum habent Ca. liiij.

Et omnis q̃ reliquerit patrẽ aut matrẽ aut domũ aut agꝝ ꝓpter nomẽ meũ, centuplũ accipiet ⁊ vitã eternã poſſidebit. Facile ego poterã cõntradictionẽ ſuſtinere linguarũ, ſi id loq̃rer ex meipſo. Siq̃dem nõ ꝑcipit carnalis homo q̃ ſunt ſpũs dei, ſed ſtulticia illi videt̃. Nunc aũt ipſe id loquit̃, cuiꝰ verba etiã cęlũ et terra trãſeuntibus nõ trãſibunt. Sed au diui ait homo qui ꝑditionis ſuę occaſionẽ ⁊ vt vulgo dr̃, feſtucã querit vnde ſibi eruat oculũ: audiui inq̃t de illis q̃ reliquerãt oĩa et ad vomitũ ſunt reuerſi, quõ illi acceperũt centuplum? Exurge dñe: iudica cauſaȝ tuã. Et iſtoꝝ nempe calumnia et murmur ipſoꝝ qui forte omnia relinquere viſi minime tamẽ centupluȝ acceperunt, nõ contra nos, ſed contra te ẽ qui dixiſti oĩs qui reliquerit patrẽ ⁊c̃. centuplũ accipiet. Quid tamẽ dicimus? An ex collegio diſcipulorũ reprobari quis poteſt? niſi loculos habens. Sunt enim loculi non modo pecunię: ſed et ꝓprię voluntatis. Scrutetur proinde vias ſuas et ſtudia ſua qui promiſſam centupli gratiam ſibi deeſſe cauſatur, nec dubium q̃n inueniet ãgulum et diuerſorium reclinatoriumqȝ non q̃dem filij hominis, ſed aut foueam vulpis aut volucris nidum: Magis aut perfectius obſecro relinquat omnia et ſoluȝ ſequat̃ Chriſtum iactans cogitatũ ſuum in eo enutriẽdus ab eo, et centuplum ſine

dubio percepturus. Neq̄ꝫ em̄ poteſt ſolui ſcriptura, quę tam certa ve-
ritate ſubnixa om̄ibus id ſine exceptione ꝓmittit. Nihil ſibi retineat,
nihil ſuis, ne modicū fermentum totam maſſam corrumpat. Sunt
enim q̄ ſibi retinēt aliquid, dn̄icę vocis obliti q̄ non ſuā venit facē vo-
luntatē, et in ipſis quoq̄ꝫ ſanctoꝝ collegijs ꝓprio aut deſiderio aut for-
taſſis cōſilio importuniꝰ adherētes. Sciolos ſeſe faciūt de ſe ſibi aliq̄d
retinentes, quos penitus abnegaſſe et diuinę prouidētię et obedientię
patꝝ conſilijs quoq̄ꝫ ſpiritualiū viroꝝ debuerant cōmiſiſſe. Sunt em̄
qui ꝓpinquis retinent et amicis qđ abijciunt a ſemetipſis, pro eorum
proſperitate preſenti, inani prorſus et ſeculari deſiderio ęſtuātes. Cru-
deles plane q̄ nequaq̄ꝫ proximos diligāt tanq̄ꝫ ſe, crudeles inq̄ꝫ vel in ſe
vel in ſuos, immo q̄đ verius ē in vtroſq̄ꝫ. Nemo ergo cū ſe videt non
oīa reliquiſſe, centuplum non accepiſſe miretur

Qđ celeſti cōſolatione ſe p̄uāt q̄ reſilire parati ſtꝫ

PRecioſa ſiquidez conſolatio diuina, nec (ad terrena Ca. lv.
oīno tribuit admittētibus alienam. Infelix tu Eſau q̄ dixiſti.
Num vnā tantū benedictionē habes pater? Quāto meliꝰ erat dicere
cum ꝓpheta, vnā petij a dn̄o hanc requirā. Indignꝰ enim bn̄dictione
celeſti cōuincit qui dubio querit affectu, duplici petit intentione, aliđ
ſibi refugium parans ſi forte eam nō obtinere cōtingat. Maior eſt in-
iquitas mea ait fratricida primus, q̄ꝫ vt veniam merear. Quid ergo?
Renuat cōſolari anima tua ſi veniā non meretur: hoc ſolum deplora,
hoc ſolum plāge, aliud ne cogites quidē. Sed nūc inq̄t om̄is q̄ inue-
nerit Caym: occidet me. Graue damnū, grandis iactura ſi perimatur
corpus, quando quidem anima perijt? Sic enim cauſabatur occiden-
dū ſeſe infelix, tanq̄ꝫ pro magno bn̄ficio habiturꝰ ſi ꝓhiberetur occidi.
Quod et factum eſt. Conſolationem miſeram obtinuit quam q̄rebat
et oblitus eſt deſolationis maximę pro qua multo ſtudio ſuis ſuppli-
care et remedium querere oportebat. Simile quoddam et de Saule
legiſti cum Amalechitarum rege ſeruato p̄imuꝫ quidē Samueli ſan-
cto viſus eſt ꝓ indulgentia ſupplicare, ſed eo tamē in ſentētia ꝑſiſtente
tunc inquit honora me corā populo. Hoccine quod dicebas peccaui,

roga dñm pro me. Merito nõ pepercit q̃ intuebaꝛ cor, nec ſimulate ẽ humiliationi miſertus. Nõ ita ſane poſt maiora licet crimia inexorabilẽ eum Dauid potuit inuenire. Deniqꝫ vix adhuc dixerat peccaui, et reſpõſuꝫ illi ẽ dñs abſtulit peccatũ tuũ a te. Sic nimirꝫ ſic vſqꝫ hodie dilectiſſimi cuiꝰ ad alias cõſolationes mẽs inhiat, ⁊ nõ penitus rẽnuit in caducis et trãſitorijs cõſolari, ipſe ſibi ꝑfecto celeſtis ſubtrahit gratiam cõſolationis. Quã ſi digna deuotiõe pleno affectu deſiderio vehemẽti petere querere pulſare ſatagaret, ſine dubio petens acciperet q̃rens inueniret pulſanti aperireꝛ. Alioquin ſi forte quod abſit pudendum illum apoſtaſie ſaltũ preſumpſerit, certũ oĩno ſit teſtimoniũ veritatis accipiẽtibus aut nunq̃ꝫ eum oĩa reliquiſſe, aut ipm poſtea q̃qꝫ deſeruiſſe cẽtuplum qđ accepit. Non nulli ſiq̃dem cum ſpũ ceperint, heu carne poſtea cõſummãtur. Quod ſi inſanum ẽ centuplum nolle recipere, velle relinquere pluſq̃ꝫ inſanũ iure cẽſetur. An nõ vero plangẽdus tibi videꝛ qui abſtractus et illectus a cõcupiſcẽtia ſua ſponte id deſerit libẽs abijcit voluntarie derelinquit, et q̃ nutriebatur in croceis ãplexatur ſtercora. Nõ eſt vñ cauſetur q̃ eiuſmodi ẽ, tanq̃ꝫ in eo videatur irritũ verbuꝫ dñi aut euacuata ꝑmiſſio. Dum eñ relinq̃t oĩa, habuit ſine dubio repromiſſaꝫ centupli benedictionem. Sine cã cõtendat. Non enim magis q̃ꝫ Chriſto credimus, nec acquieſcimus mẽdacem eum facere qui promiſit

¶ De centuplo et vita eterna ¶ Ca. lvi.

Centuplũ inq̃t accipiet, et vitã eternã poſſidebit. Illud eñ in via hec in patria ẽ. Immo hec patria, illud via. Illud cõſolatio preſentis laboris, hec future felicitatis cõſummatio ẽ. Sic nimirꝫ et operarijs huius ſeculi, ſolet cibꝰ in ope merces in fine dari. Sic militãtibus quoqꝫ et ſtipẽdia miniſtrantur ꝑ neceſſitate tꝑis, et nouiſſime donatiuũ magis erogaꝛ ꝑ quantitate laboris. Sic et filijs iſrahel donec intrarẽt terrã ꝑmiſſionis in deſerto mãna nõ defuit. Et ab eccleſia poſt q̃ſitum regni celeſtis aduẽtuꝫ, quotidianis panis quotidie petiꝛ in orõne quã idem ſaluator inſtituit. Habes hãc duplicẽ ꝑmiſſionẽ et in propheta euidẽter expreſſam vbi ait. Reddet deus mercedẽ

laboꝝ ſctōꝝ ſuoꝝ, et deducet eos in via mirabili. Ipſa eſt em̄ via teſtīo/
nioꝝ dn̄i, in q̄ ꝓpheta alius ſicut in oībus diuitijs delectatū ſe eē te/
ſtatur. Ut quid ergo in incredulitate hac moriemini filij hominum.

¶ Quod centuplum fit ſpirituale. Ca. lvij.

Et ſi forte adhuc ſecularis ad hęc q̇ſpiam dicat. Oſtende mihi
centuplū quod promittis, et libēs vniuerſa relinquo. Ut quid
oſtendā: Fides em̄ non habet meritum, cui humana rō prebet experi/
mentū. An homini oſtēdenti, q̄ꝫ veritati credideris ꝓmittēti: Deficis
ſcrutās ſcrutinio. Niſi credideris nō intelliges. Mānna abſconditū
eſt, quod in Apocalypſi Joānis victori ꝓmittitur. Nomē nouū eſt
quod nemo ſcit niſi q̇ accipit. Uidet em̄ forte nō nullis p̄ntē ſanctoꝝ
cōmunionem, facultatū pariter et voluntatū hoc loco centupli nomīe
deſignari. Et magna hec ip̄a cōſolatio, ſed nō adeo generalis vt poſſit
vniuerſaliter oībus cōuenire. Quātos em̄ ſctōꝝ aut voluntarie eam
deſeruiſſe vt anachoritas, aut violētia perſecutiōis vt martyres exilio
relegatos, humana cōſolatione nouimꝰ caruiſſe. Datum optimum eſt
centuplum hoc, deſurſum deſcendit a patre luminum

¶ Quid fit hoc centuplum ¶ Ca. lviij.

An nō deniq̄ȝ oīa poſſidet, cui oīa cooperant̄ in bonū. An nō
centuplū habȝ oīm q̇ implet̄ ſpū ſctō qui Chriſtū hȝ in pectoē
Niſi ꝙ lōge plus q̄ꝫ centuplū eſt viſitatio paracliti ſpūs et p̄ntia chri.
Quā magna inq̇t mltitudo dulcedinis tuę dn̄e quā abſcōdiſti timē/
tibꝰ te, perfeciſti eis q̇ ſperāt in te. Uides quō memoriā abundātię hu
ius ſuauitatis eructuet anima ſancta, quō exprimere geſtiēs verba mlꝰ/
tiplicet: q̄ꝫ magna inq̇t multitudo. Hoc ergo centuplū adoptio filio/
rum eſt, libertas et primitię ſpiritus, delicię caritatis gloria conſcientię
regnū dei quod intra vos eſt. Nō vtiq̄ȝ eſca et potus, ſed iuſticia ⁊ pax
et gaudiū in ſpiritu ſancto. Gaudiū ſane, nō mō an ſpe glorię ſed etiā
in tribulationibꝰ. Hic ē ignis, quē voluit Chriſtus vehemēter accen/
di. Hec eſt ꝟtus ex alto, q̄ et Andreā fecit āplecti crucē, Laurētiū ri/
dere carnificem, Stephanū in morte ꝓ lapidātibus flectere genua ad
orōnem. Hec illa pax, quā ſuis reliq̇t Chr̄us qn̄ dedit ⁊ ſuā. Siq̄dem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 F 18

donum et pax ē electis dei, pax̄ vtiqꝫ pn̄s et donū future. Nā illa ſu⸗
parat oēm ſenſuz, ſꝫ et hic q̇cq̇d ſub ſole placet, q̇cq̇d in mūdo cōcupiſ⸗
cit̄ nō poterit ꝯpari. Hec gr̄a deuotiōis ⁊ vnctio docēs de oib⁹ quam
expertus nouit inexꝑtus ignorat, quā nemo ſcit niſi q̇ accipit.

Exhortatio breuis — Ca. lix.

Utinā hic filioꝝ hoīm cōcupiſcentia vigilet, vtinā vl' curioſi⸗
tas excitet̄ vt dicāt in cordib⁹ ſuis. Nō videt̄ hoc ꝓbuz adin⸗
uentionis humanę, cui ſic cō ſonant vno ore teſtionia ſcripturaꝝ. Nō
ſi ita eſt ſine dubio vehemēter erram⁹. Probare libet an hęc habeāt ſe
ita, guſtare q̇d hoc abſcōdituz māna ſapiat, experiri q̇d ſit hoc cētuplū
quale gaudiuz in ſpū ſctō. Cras ꝑfecto rn̄debit ei iuſticia ſua, qui illud
ſtudioſe q̄ſierit. Cōfeſtiz vt guſtauerit videbit qm̄ ſuauis ē dn̄s, qm̄ bo⸗
n⁹ non modo tenēti ſed et querenti ſe aīę ſperāti in ſe. Alioq̇n venite ⁊
arguite me dicit dn̄s, ſi nō oīs q̇ reliquerit p̄rem et matrē aut domum
aut agꝝ propter nomē meum centuplū acceperit nunc in hoc tꝑe.

De vita eterna — Ca. lx.

Paꝝ eſt et vitā ęternā poſſidebit. Ueꝝ ſi in pn̄tis cōmendati⸗
one cētupli deficit ſermo ⁊ ex abundātia cordis āguſtia oris ob⸗
ſtruit̄, q̇d niſi multomagis ad ꝓmiſſionez eternę vitę ipſa quoqꝫ deſe⸗
ctū ſuū cogitatio fateat̄: Si quod ex parte eſt non valet eloq̇ nec exꝑ⸗
tus. q̇d inexpert⁹ de impꝑfectiōe balbutire conet̄: Ocul⁹ non vidit de⁹
abſqꝫ te, q̄ preparaſti diligētibus te. Pax em̄ ē quę exuperat oēm ſen⸗
ſuz, pax ſuꝑ pacē, exultatio indeficiēs flumē leticię torrens voluptatis
diuinę gaudiū plenū eſt. Cogita q̇cquid vis q̇cquid potes exopta, ex⸗
cedit cogitatū omnē deſideriuz oē exuperat illa fœlicitas ęternitas il⸗
la illa btitudo. Ad quā nos ſua miſeratiōe ꝑducat, ꝓueniat in bn̄dicti⸗
onib⁹ dulcedinis et indeficiēter interim tribuēs ꝓmiſſaꝝ cētupli gra⸗
tiā ad ſolatiū vtiqꝫ et remediū laboris hui⁹ nę deficiamus in via, et vt
de exhibitione pn̄tium muneꝝ firma ſit expectatio futuroꝝ, qui venit
vt vitā habeam⁹ ⁊ abundātius habeamus Jeſus Chriſtus dn̄s noſter
qui cum patre et ſpū viuit et regnat deus, per infinita ſcl'a ſcl'oꝝ: Amē

Excuſuz Dauētrię Anno ſalutꝫ nrę M.D.xviij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 F 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 F 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 F 18

26 leaves (last blank)
coll: compl.
XII '63 [illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 F 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 F 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 F 18